







1793.

\*

1. Pestscheff - Rumin, Joannis Mariae Ludovici,  
Consistorii, de: Responsa jur. XXX, XXXI et  
XXXII. Programma, quo quatuor facultatum decan-  
senses et reliqui assessores memoriam uni-  
versariam Joannis Mariae Ludovici, Consi-  
storiae de Pestscheff - Rumin . . . ce-  
lebrandam indicunt.
2. \* Bernius: Responsa jur. XXVI, XXVII et XXVIII.  
Programma, quo ordinarius senior et reliqui fac-  
jur. assessores memoriam Borussianam . . .  
recolendam . . . indicunt.
3. \* Greenius, huj. Frid. huj. (de amissione  
litterarum cambialium). Programma, quo  
solemnis Doctoralia Samuelis Frid. Tungstadii  
indicunt.
4. \* Sichelius, Joannis Conradus: Responsa jur. XXX.  
Programma, quo ordinarius senior et reliqui  
assessores fac. jur. solemnis Doctoralia Joannis  
Conradus Sichelii indicunt.



1793.

5. \* Sylvestris et Pistoris, Rudolphus Ferdinandus:  
l. b. de: De iunio saturnalio studio, saepe  
vel optimam sanitatem praegente. Programma, 9.  
quo trium superiorum facultatum decem subso-  
res et reliquis assessores . . . memoriam  
Rudolphi Ferdinandi l. b. de Sylvestris et  
Pistoris . . . recitandam in dicitur
6. Puffmannus, Th. Lud. Jan: Programma, quo solen-  
nis doctorela Christiani Winckleri indicit. 11.
7. Baucus, Henricus Gulfridus, fac. jur. procan-  
cellarius: Panti consilium, rapitum Dioca-  
sionem, quae benignius responsum praebet,  
ad criminalem potissimum iustitiam per-  
tinere. Programma, quo solennis doctorela  
Iacobi Gustelii Terschii . . . in dicitur. 12.
8. Bienenus, Christianus Gullobo: De ducatu atque  
electoratu Saxoniae post mortem Alberti III,  
ultimi ex familia Ascaniorum V. Hebergerii 15.



Electoris in Fridericum Pollicorum, Marchionem  
Morsensem comato.

9. Brinerus, Christianus, Guelph: De collectione  
fen dorum.

10. Erhardus, Christianus, Danil: De ampliationibus  
judiciorum publicorum apud Romanos

11. Erhardus, Christianus, Danil: De fundamento juris  
puniendi.

12. Erhardus, Christianus, Danil: De ampliationibus  
judiciorum publicorum apud Romanos.

13. Fleck, Ferdinandus, Guelph: De annis gratiae  
et discripto ex legibus ecclesiasticis sacrosae  
aestimando.

14. Humboldtus, Christ. Guel: De legato nominis

15. Humboldtus, Christ. Guel: De jure affertenti, ex quo  
in priorem creditorum locum succeditur.

16. Hermannus, Thomas, Fridericus: De jurebus et  
obligationibus vidui Saxoni, qui testamento  
uxoris fideicommissum gravatus est universalis.

1793.

17. Tughami, Samuel Fridericus: De gabellae detract  
ex usu fori Saxonsi Electoralis aestimanda.  
Spec. I.

18. Tughamias, Samuel Fridericus: De gabellae detract  
ex usu fori Saxonici Electoralis aestimanda.  
Spec. 2.

19. Kindius, Hieronymus Theophilus: De XIII Turbi  
niam eodetis Spec. I.

20. Knoetzschke, Joann. Christianus: De Kuroposita ve  
sen pacis publicae turbatorum ad canes portando  
damnatio.

21. Knoetzschke, Joann. Christianus: De usu hodie  
Legis XIX. Orz. de usu et asumptu et reditu et

22. Porckius, Jacobus Guilielmus: De distinctione inter  
animum occidendi directum et indirectum.

23. Puchmannus, Jos. Jul. Ein fac. jur. pro cancellario:  
Programma, quo sollemnia inauguratio Joann. Friderici  
Herimani indicit.



1793.

24. Ruessig, Conradus Gellius: De castrone in haeda.  
do jure natural. nostra imprimis aetate maxi.  
me necessaria. Progenus, orationes auspiciali praes.  
missum.
25. Sebas, Christianus-Ludovicus: De matheseos etc.  
cipitina et urn
26. Siedelius, Francus Casparus: Diocletianus et  
Maximianus sive de vita et constitutionibus  
C. Aurelii Valerii Diocletiani et M. Aurelii  
Valerii Maximiani.
27. Stockmannus, Augustus Cornelius: De transactionibus  
ab noviter reperta instrumenta vocis seu etc.
28. Windlerus, Christianus: De interruptione. amca.  
pionis ac praescriptionis.

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

















11044

1793, 13.

DE  
**ANNO GRATIAE**  
 ET  
**DESERVITO**

EX LEGIBVS ECCLESIASTICIS SAXONICIS  
 AESTIMANDO.

---

SCRIPSIT

ET

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
 PRAESIDE

**D. FERDINANDO GOTTH. FLECK**

ADVOCATO IMMATICVLATO

D. I. IVL. c1o10ccxciii.

H. L. Q. C.

D I S P V T A B I T

**CAROLVS COELESTINVS KOEHLAV**

VRZENA - MISNICVS.

---

LIPSI AE

EX OFFICINA BREITKOPFIA.





ANNO GRATAE

DESERVILO

EX REBUS PUBLICIS SAONORIS  
FERNANDO

SCRIPT

ILLVSTRIS REVERE ORDINE AVCTORITATE

PRASIDE

D. FERDINANDO GOTTM. FLECK

ADVOCATO IMMATRICULATO

in Leg. obsequio

M. D. C. C.

DISPUTATIO

CAROLVS COLLEGIIVS KOHNIAV

LEIPZIG

BY OFFICINA BERTHOLDI





PATRI OPTIMO

NEC NON

AVVNCVLO PIE COLENDO

ERNESTO GOTTFR. BREHME

SECRETARIO REDITVVM PVBL. INTIMO.

HVNC LIBELLVM TRADIT

ET

SACRVM ESSE CVPIE

OBEDIENTISSIMVS

C. C. KOEHLAV.



PATRI OPTIMO

NEC NON

AVANGALDIE COLENDO

ERNESTO GOTTF. BRUNNE

SECRETARIO REGITVM PVBL INIMQ.

LIBRARIUM TRADIT

22

SACRAM ESSE CVBIT

CONDICIONEM

C. C. KOHNEN



---

DE  
ANNO GRATIAE ET DESERVITO  
EX LEGIBVS ECCLESIASTICIS SAXONICIS  
AESTIMANDO.

---

SECT. I.

DE NOTIONE, ORIGINE, ANNI DESERVITI AC  
GRATIAE ET DISCRIMINE, QVOD INTER  
VTRVMQVE INTERCEDAT, DISSERITVR.

Quamquam fructus et reditus beneficiorum, quos propter officium sacrum percipi neminem facile arbitror fore, qui dubitet aut ignoret, heredibus defuncti clerici nullo iure competere, legum ecclesiasticarum auctoritate edocemur, discendum tamen est ab iis, quos vel defunctus operis praefuit iam iam promeruit, vel legum ecclesiasticarum latores singulari indulgentia inflar beneficii viduae ac liberis tribuerunt, eamque ob causam vel anni deseruiti vel gratiae nomine insignitos deprehendimus. Quod argumentum, cum parum vel nihil praesidii iure Canonico reperiat, sed vel statutis Capitulorum vel ordinationibus ecclesiasticis vel moribus tantum illustrandum sit, nec ipse Boehmerus <sup>a)</sup> et Strykius <sup>b)</sup> otium mihi fecisse videatur, speciminis academici edendi ergo in medium afferre non dubitavi, et in eo quidem pertraclando tanto lubentius ingenii

A 3

a) BOEHMER. *de anno deseruito in exercit. ad pandect. Tom. III. exerc. 55. c. 3.*

b) STRYK. *diff. de anno gratiae. Francof. 1669. in eius diff. scd. Vol. I. no. 16.*



ingenii vires exercere, et studiorum meorum rationes reddere penes animum constitui, quanto magis inde mihi natam esse intellexi occasionem patriae dulcissimae, cuius amore ducor, sanctiones ipsas inspiciendi, et quicquid sacrorum, quae ad cineres vsque amplectar, ad ministris mortuis, vel iure salarii residui vel gratiosi, heredibus debeatur pro virium mearum modulo perferutandi. Iam huic consilio, ut ea, qua par est, perspicuitate satisfaciam, merito ab ipsa notione anni deseruii et gratiae, quem vocant, nec non ipso discrimine, quod in virumque intercedit, auspicandum est. Denotat annus deseruitus omnia commoda, quae parochus viuus iam iam promeruit, eoque mortuo pro rata temporis, quo munus vltimo anno administravit, heredibus cedunt: annus gratiae vero omnes omnino fructus et redditus, qui finito anno deseruito proueniunt, et sola humanitatis et aequitatis ratione, non omnibus heredibus, sed viduae ac liberis tantum indulgentur. Anni deseruiti indoles, quanquam propter ius defuncto in fructus vltimi anni competens mero ac stricto iuri omnino consentanea est, aliae tamen in iis redditibus, qui ex singulari principis gratia debentur, ineundae sunt rationes. Persuasum habeo, annum gratiae antiquis iam temporibus vsitatum, ideo in capitulis introductum esse, ut inde mortui Canonici, aere alieno obruti creditoribus satis fieret \*). Caue tamen existimes in hunc censum reuocandos esse annos, quos carentiae vocant, quippe qui, si rem ad viuum refecamus, deseruiti potius dicendi sunt. Nam in nonnullis capitulis et Academiis ea deprehenditur consuetudo, ut collato officio redditus anni, biennii imo triennii colligantur, qui cum defunctus per hoc temporis spatium iisdem carere debuisset, ad quoscunque heredes transeunt, nisi vel consuetudine vel lege aliud receptum \*). Si vero hi annui redditus ex sola humanitate originem traxerunt, non aliis in eos ius quaesitum est, quam quibus statuta, et leges ecclesiasticae particulares gratiam indulgere voluerunt.

Huius,

e) *Praxin hanc iam seculo XI. vstatam fuisse docet BOEHMERVS I. E. P. Lib. III. Tit. 5. §. 213.*

d) *Mentionem fecit annorum carentiae adiecta limitatione, Ioannes XXII. in cap. 2. extrauag. de elect. 1. Ge. EROR. kleine Schriften L. III. p. XII. obf. 7. p. 757.*



Huius autem disputationis cardo in eo versatur, ut primum de redditibus illius anni, quo parochus obiit, quos stricte deseruitos dicunt, missa eorum, quos carentiae, abusive quandoque annos gratiae vocant pertractatione, exponam: deinde iis quaestionibus illustrandis, quae annum gratiae, cuius potissimum in ecclesiis parochialibus ratio habetur, concernunt, animum advertam; tandem etiam modum computandi ac diuidendi redditus anni deseruiti et gratiae proponam.

## SECT. II.

### PRINCIPIA IVRIS DE ANNO DESERVITO

#### ERVVNTVR.

In iis principiis, quibus anni deseruiti indoles aut regitur aut regenda est, rite diiudicandis non attinet fusus examinare dissensiones, quae olim inter Ictos inprimis fidei Pontificiae addictos ortae sunt, quorum alii Clericos fructuum dominos fieri adeoque fructus vltimi anni heredibus tribui posse negarunt<sup>a)</sup>, alii vero, obflare c. 8. X. de testam. aliasque sanctiones censuerunt, quibus Clericis de fructibus redditibusque beneficiorum omnis interdicta testamenti factio, et ecclesiae in eos succedendi facultas data ac permessa fuit. Sed prior opinio aequitati parum consentanea, uti clericis hodie certe non affert dubitationem, fructuum, utpote quos iure beneficiorum instar salarii pro operis sacris praestitis percipiunt, dominium sibi vindicandi, ita posterior non admittenda si vel praevia Pontificis dispensatione, vel consuetudine heredes Clericorum successionis capaces effecti fuerunt. In iis prouinciis imperii Romano-Germanici, quibus puriora religionis Christianae Sacra per Lutherum restituta conficiuntur, tantum abest, ut vilo modo ius in fructus deseruitos in dubium vocari queat, ut etiam dicendum sit, in plerisque per Germaniam capitulis Romanae ecclesiae ad-

a) Conf. BOEHMER. I. E. P. L. III. tit. 5. §. 222. et tit. 27.



dictis nullum amplius dubitandi locum superesse. His praemissis iam de ipsa distributione fructuum ac reddituum ultimi anni dissendendum est. In qua quidem re varias in partes scinditur Ictorum fenatus. Alii beneficiarios usufructuariis comparandos esse censent atque inde colligunt eodem modo inter heredes defuncti clerici et successorem fructus esse diuidendos, quo inter proprietarium et heredes usufructuarii fit distributio <sup>b)</sup>, ita ut percepti fructus heredibus defuncti clerici, pendentes vero successoribus debeantur <sup>c)</sup>. Alii clericos viuos usufructuariis, illos vero mortuos usufructuariis aequiparant, adeoque fructus separatos quidem a solo, sed nondum in horrea collectos, nec ad heredes clericorum nec ad annum deseruitum pertinere opinantur. Sed quam egregiae, si diis placet, sint rationes ab iis viris doctis prolatae, utramque tamen comparisonem, recte omnino, si quid video, instituto examine reiecit Boehmerus <sup>d)</sup>, in primis propterea, quia clerici percipiunt redditus et fructus instar salarii, pro officio ecclesiastico et in eius compensationem, cum usufructuarii simpliciter seu gratis, non intuitu certi muneris fructus percipiunt. Alii idonea distinguendi ratione destituti differre aiunt beneficia simplicia et non simplicia, atque in illis nullam faciendam esse fructuum diuisionem, nec ullam partem ad heredes praemortui transmitti, sed beneficiarios simpliciter usufructuariis comparari; in his vero pro rata oneris et ministerii praesitii instituendam esse distributionem, exemplo mariti, qui pro rata temporis ob onera matrimonii, quae sustinuit, fructus ultimi anni percipit <sup>e)</sup>. Maiorem veritatis speciem prae se habere videtur sententia aliorum, in primis Protestantium Ictorum, qui nimio iuris Romani amore abrepti reddituum annuorum diem cedere ab initio cuiuscunque anni, atque mortuo clerico post anni initium, totius anni insequentis redditus in eius heredes transmitti

b) l. 58. §. de usufr.

c) arg. l. 44. §. de rei vind. l. 25. pr. et §. 1. de usur. l. 25. §. 6. quae in fraud. credit.

d) BOEHMER. I. E. P. l. III. tit. 5. §. 225.

e) arg. l. 5. l. 7. §. solut. matrim.



mitti arbitrantur, hoc innisi argumento, quod honoraria annua eorum, qui officium gesserunt, etiam nondum emerita primo statim anni die debeantur, iisdem inter hoc annale spatium mortuis, heredibus cedant. Verum quidem est, occurrere eiusmodi leges Iumen huic sententiae adfundentes, veluti l. 4. C. de domest. et protecl. l. 15. §. 1. C. de Adu. diu. iudicior. Sed quam magna sit libido, quae animum incedit proemia et commoda eorum, qui operam dant artibus, quibus liberales doctrinae atque ingenuae continentur, magis augendi quam minuendi; verum tamen non diffiteri possum, in laudatis legibus singulares pertractari species ad exemplum non trahendas, nec, si omnium officialium et ministrorum publicorum heredes totius anni residuum salarium petere potuissent, necessarium fuisse, in Aduocatis Fisci et protecloribus domesticisque peculiari lege id cauere, nec firmatur opinio prolata aliarum sanctionum auctoritate. Ita in l. 1. §. 13. 77. de extraord. cogn. non agitur de annuo salario, sed honorario, quod Aduocato per auersionem pro causa peroranda datum erat, quod mercedem latiori in sensu ICtus appellat; l. 4. D. de officio assess. praecipit de salario assessoribus adhuc viuentibus praestando, legato, cui in consilium dati erant, defuncto, non de salario heredibus legati pro residuo tempore praestando; l. 3. Cod. de agent. in reb. non de residui temporis salario, sed fructu lueroque laborum iam praestitorum loquitur; in l. 1. Cod. de primipil. heredibus petitio salua dicitur, eius quippe, quod a defuncto iam iam adquisitum et ad heredes transmittitur. l. 11. Cod. de prox. facror. scriu. speciali priuilegio heredibus commodum tribuit, quod ad regulam non pertinet, l. 10. §. 1. 77. de legat. non de annuo salario, sed tantum de legatino, vt in l. 1. §. 3. eod. vocatur, disponit. Legatium erat viaticum, vt ex l. 18. §. 12. 77. de munerib. et honor. liquet, et sic sumtus iuneris vel impendia ad iter explicandum necessaria denotat. l. 12. 77. de reb. cred. l. 7. 77. ad Sca. Trebell. Aequum vero fuit, vt viaticum datum legatis in munere legationis, antequam ad patriam reuenterentur, decedentibus, heredes retinerent, quoniam defunctus iam sumtus hos in iter expediendum fecisset. In l. f. C. de domest. et protecl. ius singulare continetur, cum etiam salarium adhuc insequentis anni heredibus tribuatur. Quae cum ita sint, extra omnem dubitationis aleam

B  
positum



positum mihi videtur, eodem modo, quo heredes defuncti famuli accipiunt mercedem pro rata tantum seruitii vel operarum praesentiarum<sup>f)</sup>, heredibus quoque ministrorum ecclesiae, vel iis ipsis ab officio et functione discedentibus, non nisi ad id tempus, quo munere functi sunt, salarium deberi<sup>g)</sup>, adeoque annus deseruitus non ideo vocatur, quod in totius anni fructus et reditus ius competat, sed quod ratione anni, quo operas sacras Clericus praesentit, commoda vel ipse, vel eius heredes consequatur. Ceterum cum heredes quicumque redituum anni deseruiti participes esse possint, de iis aes alienum a defuncto ecclesiae ministro contractum exsoluendum, inventarium quoque ecclesiasticum supplendum esse, sua sponte intelligitur; atque ipsam viduam iis in locis ubi marito non succedit, horum redituum expertem esse, non est, quod prolixius demonstramus.

### S E C T. III.

DE PERSONIS, QUIBUS ANNUS GRATIAE COMPETAT, ET DIVISIONE HORVM REDITIVVM, INTER VIDVAM ET LIBEROS DEFVNCTI PAROCHI INSTITVENDA AGITVR.

Ab anno deseruito toto coelo differt annus gratiae ecclesiasticus, quem iam animus est paullo accuratius intueri. Tenendum est ante omnia, hoc nomine non semper intelligi spatium annale, sed in plerisque Germaniae prouinciis, inprimis in Saxonia, spatium semestris constitutum esse. Quare in ordinat. eccles. Sax.<sup>h)</sup> vocatur. *Das halbe Gnadenjahr.* Huius beneficii non omnes omnino heredes defuncti Parochi participes sunt, sed tantum vidua et liberi. Debetur autem viduae, etiamsi receptis illatis statutariae portioni renunciauerit, nec marito succedat; nec ratio habenda est pastorum

f) Ius prou. Sax. l. I. artic. 27.

g) BOEHMER. I. E. P. l. III. tit. V. §. 230.

h) Ordin. eccl. Tit. von Immunität, und Freih. der Kirchen- und Schuldiener.



paſtorum nuptialium, quibus varia capita de dotis reſtitutione vel mutua coniugum ſucceſſione continentur; nam ſi vel maxime dotem ſibi immuni paſſa fuit vxor, ſalarium tamen ſemefſtre, principis beneficio ac munere conſeſſum ipſi ſaluū eſt et illibatum. Liberorum numero intelligendi ſunt omnes legitimi; ſive patriae poteſtati ſubieſti ſint, ſive emancipati<sup>b)</sup>, ſive ex primo aut ſecundo aut tertio matrimonio procreati. Iis quoque procul omni dubio accenſendi ſunt nepotes<sup>c)</sup>, quorum conditionem omni humanitatis et aequitatis argumento optime ſimilitam, reſcriptum Conſiſtorii ſupremi Eleſt. Sax. tuetur<sup>d)</sup>, quod mentem ordinationis eccleſiaſticae ita illuſtrat, *es wird gezeuſelt ob auch die Nepotes und Kindesinder ſolcher Begnadigung theilhaftig ſeyn? ſo werden dieſelben unter dem Worte der Kinder in bemeldeter Churfürſtl. Verordnung begriffen, und ſeyen demnach zugleich nebt den Kindern zu angerogten Gnaden-Jahr an ihrer Eltern ſtatt in ſirpes zu läſſig.* Attamen non ambigendum, quin tam liberis primi gradus cum nepotibus concurrentibus<sup>e)</sup>, quam ſolis nepotibus exſtantibus locus ſit iuri repraeſentationis in ſirpes, adeoque nepotes parentum deſunctorum vicem ſuſtineant, nec maiorem partem accipiant, quam parentes eorum, ſi adhuc viverent, accepturi fuiſſent<sup>f)</sup>. Liberos exheredatos, eosque qui ab hereditate paterna abſinent, huius beneficii participes eſſe, ex natura et indole anni gratiae, cum facultas hoſ petendi reditus, non iuris hereditarii ſed ſingularis fundamento nitatur, haud difficulter colligitur; et propter idem argumentum expediti iuris eſſe arbitror, parochum nec viduae nec liberos hoſce reditus adimere, imminuere vel aliter de iis diſponere poſſe. Huius enim voluntatis nulla eſt auctoritas, niſi vidua vel liberi deſuncto paracho heredes, quos adita hereditate factum deſuncti non im-

B 2

pugnare

b) Reſer. d. d. 7. Sept. 1639. in Coſt. Aug. T. I. p. 839.

c) Cf. l. 220.  $\pi$ . de verb. ſignif. Nov. 118. c. 3.

d) Reſer. d. d. 7. Octobr. 1609. CARPZ. iurispr. conſiſt. L. I. def. 210. STRYK. de anno gratiae c. 6.

e) WERNHER. principia iur. ecl. c. 4. §. 45 ſeq.

f) BERGER. ſuppl. ad proc. matr. p. 145.



pugnare posse constat <sup>e)</sup>, fuerint effecti. Excluduntur autem liberi illegitimi et adoptiui, ascendentes et collaterales heredesque testamentarii, eamque ob causam parochi, qui aut vitam egit caelibem, aut viduam liberosque superstitis non reliquit, mortuo, reditus propter annum gratiae percipiendi aliis vsibus ecclesiasticis applicantur. Hinc si normam, quae in Saxonia vsu venire solet, paucis tradere fas est, obserues velim, successorem, qui durante anno gratiae vocatus fuit, reditus anni gratiae ab eo inde die, quo suscepit munus, sibi habere; eos vero, quorum dies iam ante aditum muneris venit, aerario ecclesiae deferri; sed successore, elapso demum anno gratiae, munus adeunte, alteram partem inter eos diuidi, qui munus interea administrarunt, alteram vero aerario ecclesiae cedere <sup>f)</sup>. Quodsi vero in locum parochi, dum adhuc viueret, alius fuerit substitutus, hic reditus extraordinarios, et dimidiam partem consueti salarii capit; reliquam eius partem aerarium ecclesiae sibi vindicat <sup>g)</sup>. Quanquam creditorum ergo annum gratiae introductum esse supra asserui, in plerisque tamen Germaniae prouinciis speciali principum indulgentia soli viduae et liberis prospectum fuit, adeoque creditores hos proventus, nec ad bona, quibus aes alienum, quo defunctus laborauit, dissoluendum est, trahere, nec custodia publica attinere possunt. Tenendum praeterea est, hoc beneficium neque ad scholae praeceptorum, ludi moderatorum, aedituum <sup>h)</sup>, neque eorum parochorum, qui vel munere se abdicarunt, vel propter delictum ab eo remoti sunt, viduas liberosque pertinere. Superest vt exponamus, an et quatenus pastor substitutus pastoris emeriti viduam et liberos a salario semestri excludat? — Carpzouius <sup>i)</sup>, et Deyling <sup>m)</sup> omnes omnino semestris gratiosi reditus iis attribuunt, nec substitutum iure stricto quicquam accipere, nisi peculiari pacto aliud

g) L. 14. C. de rei. vind.

h) Carpz. iurispr. conf. l. I. Def. 220. 221.

i) Rescr. d. d. 27. Iun. 1701. in cod. Aug. I, p. 871.

k) Rescr. d. d. 14. Jan. 1619, et d. d. 16. Mart. 1701. in Cod. Aug. I. p. 851. et 869.

l) CARPZ. Iurispr. Conf. l. I. Tit. 12. def. 219.

m) BEYLING. prud. past. p. II. c. III. §. 40. p. 278.



aliud conuentum fuerit, concionantur. Verum enim vero huius beneficii naturae et aequitati adeo, quin rescripti \*) a Küstnerio †) laudati argumentum, ex quo viduam liberosque emeriti, nec plus nec minus, quam defunctus accepit, percipere et quod superest successori in munere vel substituto relinquendum esse apparet, magis consentaneum sit, nullus dubito, tamen si lites ea de re inter heredes emeriti et substitutum natas amica pacatione plerumque definiri Küstnerus †) pronunciat. Eodem modo viduae et liberis Pastoris substituti, si adhuc viuente Pastore emerito e vita discesserit, dimidiam partem annuorum redituum, qui substituto assignati erant, tam propter beneficii rationem, quam propter rescripti speciem, quae ad eam quoque, de qua quaeritur, haud scio an perperam applicari potest, conicere licet, quicquid contra dicat Deylingius †), nisi forte contraria in vno alteroue loco inoleuerit consuetudo. Sed haec de personis, quibus salarium semestris beneficii loco datum est, dixisse sufficiat. Progredior ad aliam quaestionem, quomodo diuisio redituum viduam inter et liberos Parochi instituenda sit, enucleandam. Certum quidem est et indubitatum, viduae liberisque annum gratiae deberi, pluribus tamen liberis existentibus, num diuisio inter viduam ac liberos aequaliter in capita, an secundum statutarium succedendi ordinem, vt eadem pars viduae assignetur, quam illi statuti iure capere licet, an vero dimidia viduae, dimidia liberis cedat, non adeo expeditum videtur †). Iure Saxonico †) decisa est haec quaestio, ita scilicet vt vidua et liberis in capita succedant, adeoque e. g. vidua et quatuor liberis a parochio relictis, quinque portiones fiant. Quam quidem opinionem

B 3

\*) *Rescr. d. d. 19. Dec. 1708. in Cod. Aug. I. p. 881.*

†) KÜSTNER. *ad DEYLING. prud. past. P. II. c. 3. §. 40. not. X. p. 278.*

‡) KÜSTNER. *ad DEYLING. l. c. p. 279.*

§) Deyling. *prud. past. P. II. c. 3. §. 40.*

¶) STYPMANN. *de salar. Clericor. c. XI. n. 67 sqq. FINKELTHAVS. de iur. patron. c. 6. n. 95 sqq. STRYK. de anno gratiae c. 6. n. 8. CARPZ. I. C. I. I. def. 212.*

\*) Dec. Sax. 48. d. anno 1661.



nem lege Saxonica confirmatam deficientibus aliarum prouinciarum legibus ecclesiasticis in dubio sequendam esse statuo, siquidem haec lucra ex singulari gratia, quam erga pastoris viduam liberosque aequalem legumlatores esse voluerunt, repetenda sunt.

Silentio praeterire non possum aliam quaestionem haud minoris momenti de iure succedendi in reditus anni gratiae heredibus competente, mortuis paulo post obitum Parochi et ante elapsum spatium semestris vidua et liberis. Quamquam Boehmerus <sup>5)</sup> in iis annis gratiae, qui in annorum, quos vocant earentiae compensationem introducti sunt, cum haecce lucra magis deferuius accensenda sint, ius succedendi heredibus tribuendum esse parum dubitat; in illis tamen reditibus, qui ex mera legislatoris gratia descendunt hac distinctione opus esse censet, vt si vidua cum liberis concurrat, et vidua vel vnus ex liberis decedat, portio defuncti liberis accrescat, sin vero ex iis nemo adfit, cui annus gratiae datus, beneficium cesset, et heredes excludantur, quia iura quae soli personae inhaerent, ius accrescendi quidem inter eos, quibus coniunctim tributa sunt, admittant, non vero in heredes transeant. Carpzou. <sup>6)</sup> distinguit inter salarium semestris viduae ac liberis adhuc deferendum, et ab iis iam aduersum, ideoque speratumque ius futurum, tanquam personalissimum in heredes transferri negat, sed lucrum gratiosum iamiam acceptatum bonis annumerandum, factaque acceptatione conditionem quam leges intulerunt, pro impleta habendam esse ait, ita, vt heredibus adeo extraneis ius succedendi optimo iure vindicari posse videatur. Quam quidem sententiam etsi penitus non improbandam esse arbitror, mallet tamen asserere non omnes omnino reditus, ad heredes extraneos transmitti, sed eam tantum redituum partem, quam vidua aut liberi, ad tempus quo vixerunt, exigere potuissent <sup>7)</sup>.

S E C T.

5) BOEHMER. I. E. P. I. III. tit. 5. p. 292.

6) Carpz. Jurispr. C. L. I. tit. 12. §. 216.

7) KÜSTNER. ad DEYLING. prud. past. P. II. c. III. §. 44. not. c. p. 283.



SECT. IV.

DE MODO COMPUTANDI REDITVS ANNI DESERVITI  
AC GRATIAE DISSERITVR.

Ex his quae antea de natura et indole anni deseruiti differui, haud inuita Minerua colligo, in computandis fructibus ac redditibus promeritis rationem ordinarie habendam esse eius diei quo susceptum est officium, ita vt ab eo inde die, vsque ad tempus, quo mortuus est parochus, computatio horum fructuum fiat. In Saxonia quanquam nulla lex diseritis verbis modum fructuum pro rata diuidendorum omni iuris analogia ipsaque aequitate fundatum improbat, saepe tamen in definiendo tempore, quo et finis anni deseruiti aestimandus, et initium anni gratiae constituendum sit, locorum consuetudines variant. Caspar Ziegler. <sup>a)</sup> salarium illius anni quadrantis, in quo Parochi decesserunt, eorum heredibus integrum deberi, et terminum coeptum pro completo habendum esse statuit; cuius opinionem in consistorio Vitebergensi receptam esse ait Wernherus <sup>b)</sup>, idem tamen Wernherus <sup>c)</sup> rescriptum d. ann. 1721 laudat, quo initium anni gratiae statim a tempore, quo parochus diem obiit, computari iubetur ratione ex ordinat. ecclesiastica Tit. *von Immunitaeten und Freiheiten der Kirchendiener*, petita. Ex sententia vero consistorii Lipsiensis, quam teste Küstner <sup>d)</sup>, rescriptum d. d. 16. May 1760 confirmauit, annus gratiae statim initium capit, si parochus ante diem decimum quintum mensis mortuus sit, sin vero post hunc diem fato functus sit, mensis incoeptus pro completo habetur, ita, vt tunc annus gratiae demum e primo mensis insequentis die initium capiat. Vicunque res sit, non possum non, nisi alia forte recepta probetur consuetudo, hanc iuris Saxonici ecclesiastici tradere regulam: reditus et fructus vsque ad id tempus deseruitos esse dicendos, quo vel ab officio discessit

a) ZIEGLER. in *Superintend.* c. 30. S. 4.

b) WERNHER, *obss. for.* Part. VIII. n. 406.

c) *Eiusd. suppl. obss. for.* p. m. 767.

d) KÜSTNER. ad DEYLING. *prud. past.* P. II. §. 39. not. p. pag. 273.



cessit et ad aliud vocatus, vel mortuus est parochus, et inde a tempore mortis per spatium semestris seu viginti sex hebdomadas reditus anni gratiae viduae ac liberis competere, ita tamen, ut in diuidendis fructibus anni initium non a die suscepti officii, sed a festo Michaelis computetur. Itaque si Parochus ultimo mensis Iunii die deposuit officium, tres partes reddituum huius anni retinet, et quarta demum successori cedit, aut si eodem die mortuus est, haec quarta pars viduae et liberis nec non vna reddituum sequentis anni a festo Michaelis quoque computandi iure anni gratiae defertur. Sed singulos Pastorum redditus sigillatim iam intueri atinet. A) In annuo salario, seu quantitate pecuniaria computatio difficultatibus non obnoxia est, modo de termino a quo consistet. Soluuntur plerumque salaria secundum anni quadrantes eamque ob causam Boehmerus \*) ait, si aut exeunte, aut ipso auspicio postero quadrante Pastor mortuus sit, salarii gratiosi diem cedere a tempore quadrantis, sed si medio quadrante mortuus, diem cedere a tempore mortis. Eadem fere sententia videtur Carpzouii f) adferentis, parocho aut ipso anni quadrantis die, aut medio quadrante, aut maiori eiusdem parte nondum exacta mortuo, salarium vsque ad diem mortis promeritum esse et ab eo die initium salarii semestris currere, illo vero, cum mensis spatium aut paululum temporis superesset, mortuo, integrum terminum pro completo adeoque vsque ad vltimum quadrantis diem salarium pro deseruio habendum esse. Sed si fateri lubet, quod sententiam, in iis quidem locis, quibus totus ille anni quadrans, quo parochus decessit, anni deseruio nomine intelligitur, non ambigendum est, omne salarium huius quadrantis promeritum esse et primo die sequentis quadrantis initium reddituum anni gratiae computandum esse, in plerisque tamen Saxoniae locis, quibus initium anni gratiae a die mortis aestumandum est, vsque ad hunc duntaxat diem salarium deseruio dicendum esse arbitror, tametsi non negandum, exiguum temporis spatium iudicum ecclesiasticorum arbitrio definiendum in considerationem non venire. B) In aliis fructibus diuidendis Con-

fistoria

e) BOEHMER. I. E. P. c. III. tit. 5. §. 301.

f) CARPZ. Iurisp. Conf. l. I. def. 174.



17  
sistoria Saxonica Carpzouio <sup>g)</sup> et Küstner <sup>h)</sup> autore, hanc sequuntur rationem, vt omnes fructus naturales industriali et ciuiles in ecclesia matre et filia a die festo Michaelis ad eundem diem sequentis anni computentur et pro rata temporis, quo vixit defunctus ad annum deferuntur referantur; cuius rei rationem in eo quaeras, quod in parochiis ruralibus, salarium clericorum non semper pecuniarium esse soleat, sed eius loco maximam partem fructus et census debeantur, quorum dies eo plerumque tempore venit, quo ager denuo colitur. Attamen in fructibus quoque diuidendis obserues velim, iudices ecclesiasticos paruum temporis spatium non curare, siquidem parochi paulo ante festum Michaelis mortuo, terminus ipse in fauorem heredum pro completo habetur, et parochus ipso termino diem supremum obiisse fingitur: id quod ex verbis ordin. eccl. artic. gen. 41. *damit der Wittben und ihren Kindern, dasjenige so der Vater seeliger fast verdient hat, nicht entzogen werde*, nescio, an recte repeti solet, quia modicum quoque temporis spatium post festum Michaelis non attenditur, ita vt parochi paucos dies post festum Michaelis mortuo confestim anni gratiae initium ab illo die festo intelligatur.

In iis locis, quibus ille anni quadrans, quo parochus e vita abiit, pro deferuito habetur, totius anni fructus commode in quatuor partes diuiduntur, vt binas vidua et liberi iure salarii semestris obtineant: in quibus vero mos, quem hodie plerumque consistoria nostra sequi solent, anni gratiae initium a tempore mortis computandi, inualuit, anni fructus in plures partes rediguntur, vt eo modo salarium residuum et semestre distribui queat. Forsitan quis existimauerit, aliam in fructibus industrialibus diuidendis rationem ineundam esse, quia ii fructus iure Saxonico ab eo tempore pro perceptis habentur, quo maior pars laboris et culturae finita est <sup>i)</sup>. At enimvero hae iuris Saxonici sanctiones non referendae sunt ad fructus ratione salarii ministris ecclesiae debitos, in quibus quippe ad  
operas

g) CARPZ. I. I. tit. 12. def. 196.

h) KÜSTNER. ad DEYLING. prud. pastor, P. II. §. 39. not. q. pag. 274 199.

i) *Ius provinciale Sax.* I. II. art. 58. et I. III. art. 76. *Constitut.* cl. 32. P. III.



operas tantum intuitu officii sacri praestitas respiciendum est: neque tamen difficile est intellectu, impensas antequam portiones fructuum fiant, deducendas esse, cum fructus haud intelligantur, nisi deductis impensis <sup>k)</sup>). Fructuum civilium, ut sunt decimae, annui census et reditus, qui quamvis pro labore totius anni debentur, non nisi certis tamen anni temporibus penduntur et praestantur, diuisio ita instituenda est, ut omnia luca per totum annum collecta pro rata temporis distribuantur siue dies eorum tempore mortis defuncti pastoris venerit necne. Praeterea aequitati sane consentanea est sanctio iuris Saxonici, quae ad terminum Michaelis decimas, pensiones vel alias praestationes, terminis sequentibus, Martini, Natiuitatis Christi et Quadragesimae demum soluendas, refertur iubet, ita ut, Pastore ad diem festum Michaelis naturae debitum reddente, heredibus cedant instar salarii iam promeriti, nec diuisioni subiiciantur, licet dies earum demum post mortem defuncti pastoris veniat <sup>l)</sup> propterea, quod contemplatione messis, cuius dies viuo pastore iam iam cessit, soluantur, atque ita optimo iure anno deseruio annumerentur. Eadem quoque sanctioni in computando salario semestri inhaerendum esse non est quod vlla ratione fluctuemus. Quibus ita constitutis, non a re alienum esse puto, respondere ad singulas quaestiones, quae haud raro in medium afferuntur. Primum cui stramenta et pabula pecuaria cedant, quaeritur? Quam quidem quaestionem paucis definire posse existimo. Stramentum et pabulum a defuncto semel acquisitum ad ipsius heredes pertinere non ambigendum est, sed variis modis nouo parochi rei rusticae exercendae ergo prospectum est. Nam in rebus illis venalibus ipsi ius protimiseos concessum quod et iure communi locum habere, si defuncti heredes eas distrahere velint, demonstrauit Carpzou. <sup>m)</sup> deinde iudicis ecclesiastici est, ut ad conditionem perducatur partes ita ut et nouo parochi consulatur,

<sup>k)</sup> arg. l. 14.  $\pi$ . de cond. ind. l. 206.  $\pi$ . de reg. iur. l. 36.  $\S$ . vlt.  $\pi$ . de heredit. petit. l. 7.  $\S$ . 16.  $\pi$ . solut. matrim. l. 46.  $\pi$ . de vsur. l. 51.  $\pi$ . fam. ercisc.

<sup>l)</sup> CARPZ. *Iurispr.* c. l. I. tit. 12. def. 197. 198.

<sup>m)</sup> CARPZ. I. C. l. XII. def. 161.



fulatur, nec nimis detrimenti heredibus inferatur"), tandem quid consuetudine receptum, quoque perpendendum est, siquidem plurimis in pagis ac villis defuncto pastore framentum et pabulum pecuarium ex usu saltem nouo cedere parochio compertum habemus. Alia quaestio lignorum (*des Deputat- und Brennholzes*) diuisionem concernit, quam difficilem plerumque esse ait Küstnerus") eam ob causam, quod pro diuersitate locorum ligna non certo tempore assignantur, dum plerumque vel tempore ieiuniorum, aut circa festum St Ioannis hoc fieri solet; verum tamen in iis quoque diuidendis a die festo Michaelis annum computandum esse, ex rescripto ad Consistorium Lips. d. 15. Dec. 1724. dato, quod Küstnerus exhibet, conicere licet. Denique ad Clericorum beneficia pertinet, quod potus eorum a collectis, (*von Trank- Steuern und andern Aufschlag*) liber sit"). Quod quidem privilegium olim nullis limitibus circumscriptum inde ab anno 1646. restrictum est ad certam doliolum numerum"). Pro commodo autem ex hac immunitate percipiendo, Clerici plerumque ex fisco horum reddituum certam pecuniae summam accipiunt, cuius dies non a festo Michaelis, sed a Dominica Quasimodogeniti numeratur. Ius inhabitandi aedes parochiales viduae ac liberis per spatium semestris competere, etiamsi proprias aedes possiderent, in dubium vocari nequit. Tandem C) redditus praeter salarium consuetum percipiendos seu lucra accidentalialia, uti vocantur notandum est, in diuisionem plane non venire, utpote quae non annalia lucra appellari possunt, sed pro singulis officii sacri actibus expediendis, prout occasio sese offert, praestantur, e. gr. nummi baptismales, confessionarii, ii qui pro precibus publicis soluuntur etc. Itaque nulla diei festi Michaelis ratio habetur, sed vidua et liberi

C 2 iure

n) *ordinat. ecl. artic. gen. 41.*

o) *KVESTNER. ad Deyling. P. II. §. 39. not. f. p. 276. sequ.*

p) *Ordinat. ecl. Tit. von Immunitaet. und Freih. der Kirchen- und Schuldiener in Corp. iur. ecl. Sax. p. 168.*

q) *Refer. d. d. 9. Nou. 1646. in Cod. Aug. p. 1438. quod repetitum in resol. grau. d. a. 1661. Tit. von Fustilien-Sachen §. 120. in cod. Aug. I. p. 254. in Erklärung d. a. 1703. c. XI. et in Erl. des Trankst.-Auschr. d. a. 1747. c. XI. in Cont. cod. Aug. II. p. 252.*



iure salarii semestris ea tantum commoda percipiunt, quae a tempore mortis intra semestris spatium obueniunt. In iis autem locis, quibus forte non ad diem mortis respicitur, sed instantis quadrantis initium tempus constituit, a quo annus gratiae currat, tum quicquid accidentalium nomine ab hoc usque ad finem anni gratiae acquiritur, viduae ac liberis debetur. Secernenda ab iis sunt alia lucra extraordinaria, quae rarius quidem obueniunt, tamen simulac praesentur, inter redditus parochiales referenda et diuisioni obnoxia sunt, veluti ius domini directi in emphyteusi, cuius intuitu certis ex causis emphyteutam praedio priuare et ita quoque redditus illius percipere potest, quamdiu fungitur officio sacro; ius, mortuarium (*das Hauptrecht oder Hauptfall*) quod commoda ex hereditate hominum priorum concernit, percipiendi; multae et poenarum compendia, quae extra ordinem quandoque redditibus parochialibus assignata sunt; laudemia, quae pro inuestituris in bonis emphyteuticis soluuntur; quaedam decimae, quae non quotannis sed post diuturna saepe interualla percipiuntur<sup>2)</sup>. Atque haec quidem de anno deseruio et anno gratiae haecenus. Quodsi hac in re conamina mea doctis et peritis ingeniorum aestimatoribus non penitus displicuerint, fatis amplum laboris infumi proemium me consecutum esse reputabo.

2) Silentio praeterire non possum *Ephemerides Lips.* quibus est inscriptio: *Leipziger Intelligenz-Blatt in Frag. und Anzeigen für Stadt- und Land-Wirthe etc.* d. d. 18. Jan. 1768. art. X. d. d. 21. Aug. 1790. et d. 28. Aug. eiusd. anni art. X. Quae in iis capitibus de anno deseruio et gratiae scripta leguntur, his iuris principiis, quae in dissertatione tradidi, optime si quid uideo, declarari posse, existimo.



PRAENOBILISSIMO ET DOCTISSIMO  
CAROLO COELESTINO KOEHLAV

S. D. P.

D. FERDINANDVS GOTTHELF FLECK.


Largam laetandi materiam, quam Vir ille Consultissimus, amicitiaeque in illustri Afraneo contractae vinculo coniunctissimus, qui paucis abhinc diebus propter insignia eruditionis specimina, optumo elogio ornatus fummos in vtroque iure honores consecutus est, mihi suppeditavit, denuo nactum me esse video, cum te, Amicissime Koehlau, qui olim quoque in eadem illustri Afranei praeceptorum disciplinam concessisti, iamiam in cathedram Iurisconsultorum comitari possim. Obtulisti libellum, docte et eleganter conscriptum, quem a TVO ingenio, TVAque diligentia profectum esse, candidè possum affirmare, neque dubito quin in illo scite ac dextre defendendo, ingenium doctrinamque viris doctis sis probaturus. Quanquam persuasum habeo, laudanda facere, quam laudes suas audire malle liberalia ingenia, et tale quoque in Te ingenium cognoscere mihi licuit, tamen a me impetrare non possum, quin eum, quem de virtutum TVARVM praestantia laetitiae sensum percipio, verbis quoque publice declarem. Gratulor igitur ex animi sententia TIBI hoc specimen TVAE doctrinae,  
TVO-



TVORVMque studiorum; gratulor parentibus TVIS  
omni, qua par est, pietate colendis, filium optime educa-  
tum, qui non solum ingenii dexteritate et incredibili discen-  
di studio, quo operam nauavit legitimae scientiae addiscen-  
dae, virorum doctorum et Patronorum beneuolentia dig-  
num se reddidit, verum etiam ob priscum animi candor-  
em a bonis omnibus amatur; et certissime confido talem  
iuuenem reipublicae et ciuili et litterariae ciuem. vtilissi-  
mum fore.

Caeterum TIBI, parentibusque integerrimis omnia  
bona, quibus perfectissima absoluitur felicitas flagrantissime  
apprecor, imprimis, vt iis praemiis, quae iuuenum diligen-  
tiam doctrinamque partam manere solent, mox potiaris,  
diutissime fruaris, vehementer opto. Me autem, Vir Do-  
ctissime, TIBI velim habeas persuasum, in eodem amore,  
quo te hucusque, propter egregias ingenii animique dotes  
complexus sum, posthac semper persulturum. Vale, me-  
que, quod facis, ama. Scripsi in stud. Lipsi. a. d. xxx Iun.  
MDCXCIII.





17









Leipzig, Diss., 1793

ULB Halle

004 350 43X

3




f


TA-20L

nur Stk. 6. bisher vernüfft









11084.

1793, 13.

DE  
**ANNO GRATIAE**  
ET  
**DESERVITO**  
EX LEGIBVS ECCLESIASTICIS SAXONICIS  
AESTIMANDO.

---

SCRIPSIT  
ET  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRAESIDE  
**D. FERDINANDO GOTTH. FLECK**  
ADVOCATO IMMATICVLATO

D. I. IVL. c1o1cccxciii.  
H. L. Q. C.

DISPV TABIT  
**CAROLVS COELESTINVS KOEHLAV**  
WVRZENA - MISNICVS.

---

LIPSI AE  
EX OFFICINA BREITKOPFIA.

